timeo ne et te oporteat surculos arboris illius mendicare cum iam
inveniri non poterunt. Sensit sulpicius ubi eum calceus su-
us premebat. qui ab uxore nobili et casta divertit. Amice cave
tibi ne te premat calceus qui avelli non possit. Ait cato uticensis.
Si absque femina possemus esse mundus: conversatio nostra non esset absque
diis. Amice non nisi vere et cognita loquebatur nec quicquam fictum
excogitabat ludibria nisi lusus et expertus. et conscius penitentie. Hiis
igitur fidem habe certam qui cum omni veritate loquuntur. Hii sciunt ut
placet delectatio et pungit delictum. Hii noverunt quod flos veneris
rosa est. quia sub eius purpura multi latent aculei. Metellus mario
respondit. Cum filiam dote divitem forma nobilem genere
claram. fama felicem duci noluit. Malo meus esse quam suus.
Cui marius. Immo tua ipsa erit. At ille Immo vir oportet esse
uxoris. logicum enim est. talia erunt predicata qualia subiecta permi-
servunt. Sic facetia metelli. ab omnibus torsit eius. Amice si uxora-
ri oportet non expedit quidem. Deruptum sit amor mariti census
et faciem uxoris eligas non vestem. et animum non aurum. et
tibi nubat uxor non dos. Sic si quomodo fieri potest predicari po-
tes ut livorem non ducas a subiecto. ¶ Lais chorinthia pre-
rogativa pulchritudinis insignis tantum regum et principum
dignabatur amplexus. Conata est tamen demostenem philosophum participa-
re thoro ut nocte castitatis eius miraculo soluto videretur spiri-
tus sinus lapides movisse ut amphion cythara attractum
quos blanditiis tractavit suaviter. Cumque iam demostenes emol-
liretur ad thalamos petiit ab eo lais. C. talenta pro consensu. At
ille suspiciens in celum ait. Non emo tanti penitere. Amice
utinam in celum et tu mentis acumen erigas ut effugias
quod necte penitenti a credium. Livia virum suum interfecit. quem
nimis odio habebat. Lucilia suum quem nimis adamabat. Illa
sponte miscuit aconiton. hec decepta furorem propinavit pro a-
moris poculo. Amice contrariis contenderunt votis iste. Neutra ta-
men defraudata est sine fraudis feminee proprio .i. malo. Vari-
is et diversis incedunt semitis femine quibuscumque anfractibus errent
quibuscumque devient in viis unicus est exitus. una omnium meta sua